

De hac inscriptione et ea quae sequitur cf. Mommsen Zeitschr. d. Savigny-stift. für Rechtsgesch. 16, 1895 p. 207 not. 2, qui iis ait illustrari Horatii verba sat. 1, 8, 10 seq.

7847 C. Veienus C. lib. | Trophimus | loca sepultur[is] | in fronte p. CC, | in agr. p. CCLXXXII | inter ripam fluminis | et rivom quidquid in eam demonstrationem loci est, | de finibus su[s] | municipibu[s] | Tolentinatibu[s] donav[er]it.

Tolentini (IX 5570 vidit Mommsen).

7848 leibertorum et leibertar. | C. Maecenatis L. f.¹ Pom. | postereisque eorum et qui ad id | tuendum contulerunt | contulerint.

Romae, extra portam Praenestinam ut videtur rep. (VI 21774 saepe descripta saec. XVI). — 1) Est notissimus amicus Augusti, defunctus a. u. 746. Tribu Pomptina fuit, utpote oriundus Arretio (cf. supra N. 2259. 3265, alibi). Cf. Bormann observ. de antiq. Rom. (ind. lect. Marburg. 1885 aest.).

Similem titulum pertinentem ad libertos Scriboniae Caesaris dedi supra N. 426, similis leibertorum et leibertarum Octaviae Gai filiae, fortasse sororis Augusti, sed male descriptus est VI 25528; ad libertos et servos Liviae pertinet N. 447.

7849 locus | familiae | Salvidienae | Q. f. Ruf.¹

Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 25810 vidit Gatti). — 1) Femina sine dubio nobilis, ex stirpe Q. Salvidieni Rufi quem memorant Liv. epit. 427. Dio 48, 53 cet.

7850 familiae | A. Allieni¹, | in fr. p. XV, | in ag. p. XVI | (et familiae | Pollae Min[uciae] Q. f.²).

Romae rep. prope portam Praenestinam, cippus (VI 5694 vidit Henzen). Quae unci () inclusimus, alia manu postea adiecta sunt. — 1) A. Allienus potest esse praetor a. 703 notus ex rerum scriptoribus et nummis, 2) Q. Minucius socer eius Thermus praetor a. 703 (Momms.).

7851 libert. et | familiae | L. Arrunti L. f. | Ter.¹

Romae rep. in monumento ad principium viae Praenestinae (VI 5934 cf. p. 3418 aliquoties descripta saec. XVIII cum reperta est). — 1) Videtur esse consul a. p. Chr. 6.

7851^a leibertorum | Arruntiae Camilli | filiae Camillae¹, | curante | Arruntio Firmo.

Romae rep. una cum ea quae praecedit (VI 5932 semel descripta). — 1) Videtur esse filia L. Arruntii Camilli Scriboniani consulis a. 52 (supra N. 5950), neptis (adoptione fortasse intercedente) L. Arruntii eius qui praecedit. Eadem in tegulis XV 442 seq.

7852 leibertorum | et leibertarum | et familiae | C. Anni C. f. Cor. | Pollionis¹.

Romae in vinea Ammendola ad viam Appiam rep., cippus ex lapide Tiburtino (VI 7395 vidit Mommsen). Una reperti sunt tituli Anniorum VI 7396 seq., in his infra N. 7959. — 1) Fortasse is, qui a. 32 propter coniurationem Seiani maiestatis postulatus est (Tac. ann. 6, 9). Borghesi opp. 4, 478.